se. Non enim jam causæ sunt inter se, sed victoriæ comparandæ.

Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam : gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus. Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ : ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret; quoniam ex eâdem acie conservat quos potest. Alterius verò partis nihil ampliùs dicam, quàm id, quod omnes verebamur, nimis iracundam futuram fuisse victoriam. Quidam enim non modò armatis, sed interdum etiam otiosis minabantur ; nec, quid quisque sensisset, sed ubi fuisset, cogitandum esse dicebant : ut mihi quidem videantur dii immortales, etiam si pœnas à populo Romano ob aliquod delictum expetiverunt, qui civile bellum tantum et tam luctuosum excitaverunt, vel placati jam, vel etiam satiati aliquando, omnem spem salutis ad clementiam victoris et sapientiam contulisse.

Quare gaude tuo isto tam excellenti bono, et fruere cùm fortunâ et gloriâ, tum etiam naturâ et moribus tuis, ex quo qui-

de comparar entre sí los partidos, sino las victorias.

Vimos tu victoria terminada con las mismas batallas: no hemos visto en la ciudad espada desenvainada. Los ciudadanos, que perdimos, los mató la violencia de Marte, no la ira del vencedor: de manera que ninguno debe dudar, que á muchos volveria C. Cesar á la vida, si fuera posible; pues conserva á los que puede del mismo ejército. Mas del otro partido no diré mas, que lo que todos temiamos, que habia de haber sido muy sangrienta la victoria: porque algunos amenazaban no solo á los que habian tomado las armas, sino tambien algunas veces á los que se estaban quietos, y decian que no se habia de pensar, cual habia sido el sentir de cada uno, sino en donde habia estado. De modo qne me parece que los eternos Dioses, aunque pretendieron castigar al pueblo romano por algun delito, cuando levantaron una guerra civil tan terrible y tan funesta, ó aplacados ya, ó saciados por fin, han puesto toda la esperanza del remedio en la clemencia, y cordura del vencedor.

Por lo cual vive alegre con esta tan escelente prenda tuya, y goza no solo de tu fortuna y gloria, sino tambien de tu genio y conducta, que es de donde el

dem maximus est fructus jucunditasque sapienti. Cætera cùm tua recordabere, etsi persæpe virtuti, tamen plerumque felicitati tuæ gratulabere. De nobis, quos in republicâ tecum simul salvos esse voluisti, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis, toties de incredibili liberalitate, toties de singulari sapientiâ tuâ cogitabis: quæ non modò summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere. Tantus est enim splendor in laude verâ, tanta in magnitudine animi et consilii dignitas, ut hæc à virtute donata, cætera à fortunâ commodata esse videantur. Noli igitur in conservandis bonis viris defatigari, non cupiditate præsertim aut gravitate aliquâ lapsis, sed opinione officii, stultâ fortasse, certè non improbâ, et specie quàdam reipublicæ. Non enim tua ulla culpa est, si te aliqui timuerunt; contraque summa laus, quòd plerique minimè timendum fuisse senserunt.

7. Nunc verò venio ad gravissimam querelam, et atrocissimam suspicionem tuam, quæ non tibi ipsi magis quàm cùm omnibus civibus, tum maximè nobis, qui à te

sábio saca el mayor fruto y complacencia. Cuando te acordarás de los otros tus hechos, aunque muchísimas veces te congratularás con tu valor, sin embargo las mas será con tu felicidad. Mas cuantas veces pensarás acerca de nosotros á quienes quisistes mantener contigo salvos en el estado, tantas veces pensarás sobre tus mayores beneficios, tantas sobre tu increible liberalidad, tantas sobre tu singular cordura: bienes que me atreveré á decir que son no solo los mayores, sino aun los únicos. Porque es tan grande el resplandor, que hay en la alabanza verdadera, tanta la dignidad en la grandeza de ánimo y acierto en el consejo, que esto solo parece don de la virtud, y lo demas empréstito de la fortuna. No te canses pues de salvar la vida á los hombres de bien, particularmente habiendo caido, no por ambicion ó maldad, sino por el errado concepto de que hacian lo que debian; concepto acaso necio, mas ciertamente no malo, y formado por cierta apariencia de bien comun. Porque no es culpa tuya el que algunos te hayan temido; y al contrario es tu mayor alabanza el que los mas juzgaron que de ninguna manera se te debia temer.

7. Mas ahora voy á hablar de tu gravísima queja, y atrocísima sospecha, que deben precaver, tanto como tú, todos los demas ciudadanos, y particularmente nosotros, que te debemos nuestra conservacion. Y

conservati sumus, providenda est. Quam etsi spero esse falsam, nunquam tamen verbis extenuabo. Tua enim cautio, nostra cautio est: ut, si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus quàm parùm prudens. Sed quisnam est ille tam demens? De tuisne? tametsi qui magis sunt tui, quàm quibus tu salutem insperantibus reddidisti? An ex eo numero, qui unà tecum fuerunt? Non est credibilis tantus in ullo furor, ut, quo duce omnia summa sit adeptus, hujus vitam non anteponat suæ. At, si tui nihil cogitant sceleris, cavendum est, ne quid inimici. Qui? omnes enim qui fuerunt, aut suâ pertinaciâ vitam amiserunt, aut tuâ misericordiâ retinuerunt : ut aut nulli supersint de inimicis, aut, qui superfuerunt, amicissimi sint.

Sed tamen, cùm in animis hominum tantæ latebræ sint et tanti recessus, augeamus sanè suspicionem tuam : simul enim augebimus et diligentiam. Nam quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republicâ, tam nihil unquam nec de suâ, nec de communi salute cogitans, qui non intelligat, tuâ salute contineri suam? et ex

aunque creo, que ella es falsa, nunca sin embargo la tiraré á minorar con mis palabras. Porque en tu resguardo esta nuestro resguardo, y, si se ha de errar en una de las dos cosas, mas quiero parecer demasiado tímido, que poco prudente. Pero quien es ese tan loco ¿es acaso de los tuyos? ¿aunque quienes mas tuyos que aquellos, á quienes tú sin esperarlo salvaste? ¿acaso es del número de los que estuvieron contigo? no es creible tan grande furor en ninguno, que no anteponga á su vida la de aquel, bajo de cuyo mando consiguió todo cuanto habia que conseguir. Mas si los tuyos no tienen ningun perverso disignio, se debe precaver no le tengan los enemigos. ¿Quienes? porque todos los que lo fueron ó por su pertinacia perdieron la vida, ó la conservaron por tu misericordia; de manera que ó no queda ninguno de tus enemigos, ó si algunos quedan, esos son tus mayores amigos.

Pero sin embargo habiendo tantas emboscadas y tantos senos en los corazones humanos, aumentemos enhorabuena tu sospecha : pues juntamente aumentaremos tambien el cuidado. ¿Porque quién hay tan generalmente ignorante de todo, tan idiota en lo que toca á la república, tan del todo olvidado de pensar en su bien particular, y en el comun, que no entienda que de tu vida pende la conservacion de la suya, y la

unius tuâ vitâ pendere omnium? Equidem de te dies noctesque, ut debeo, cogitans, casus duntaxat humanos, et incertos eventus valetudinis, et naturæ communis fragilitatem extimesco : doleoque, cùm respublica immortalis esse debeat, eam in unius mortalis animâ consistere. Si verò ad humanos casus, incertosque eventus valetudinis, sceleris etiam accedat insidiarumque consensio, quem deum, si cupiat, opitulari posse reipublicæ credamus?

8. Omnia sunt excitanda tibi, C. Cæsar, uni, quæ jacere sentis, belli ipsius impetu, quod necesse fuit, perculsa atque prostrata : constituenda judicia, revocanda fides, comprimendæ libidines, propaganda soboles; omnia, quæ dilapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda sunt. Non fuit recusandum in tanto civili bello, tantoque animorum ardore et armorum, quin quassata respublica, quicumque belli eventus fuisset, multa perderet et ornamenta dignitatis et præsidia stabilitatis suæ, multaque uterque dux faceret armatus quæ idem togatus fieri prohibuisset. Quæ quidem nunc tibi omnia belli vulnera curanda sunt :

de todos? Yo á la verdad pensando en tí dias y noches, como debo, á la vista solo de las contingencias humanas, de la incertidumbre, á que está sujeta la vida, y de la fragilidad de nuestra comun naturaleza, tiemblo : y siento que, cuando la república debe ser eterna, dependa de la vida de un solo mortal. Mas, si con los acasos humanos y con la incertidumbre de la vida conspiraren tambien la maldad y traicion, ¿qué deidad, aunque quiera, creeremos, que podrá favorecer á la república?

8. Tú solo, C. Cesar, tienes que volver á poner en pie todo el estado, que ves por tierra, derribado con la furia de la misma guerra, como era preciso : tienes que restablecer la justicia, que hacer vivir la buena fé, refrenar las pasiones y procurar la poblacion : tienes que atajar con severas leyes la disolucion general, que hay en todo. No se debió rehusar en tan grande guerra civil, y en tan gran ardor de voluntades y armas, que la república maltratada, fuese el que fuese el suceso de la guerra, perdiese mucho del lustre de su dignidad, y muchas columnas de su estabilidad : y que hiciese uno y otro capitan armado muchas cosas, que él mismo en tiempo de paz hubiera prohibido que se hiciesen. Pues todas estas heridas de la guerra las tienes tú que curar ahora, y ninguno, sino tú, puede

quibus, præter te, mederi nemo potest.

Itaque illam tuam præclarissimam et sapientissiman vocem invitus audivi : satis diu, vel naturæ vixi, vel gloriæ. Satis, si ita vis, naturæ fortasse; addo etiam, si placet, gloriæ: at, quod maximum est, patriæ certè parum. Quare omitte, quæso, istam doctorum hominum in contemnendâ morte prudentiam : noli nostro periculo sapiens esse. Sæpe enim venit ad aures meas, te idem istud nimis crebrò dicere, satis te tibi vixisse. Credo; sed tum id audirem, si tibi soli viveres, aut si tibi etiam soli natus esses. Nunc, cùm omnium salutem civium, cunctamque rempublicam res tuæ gestæ complexæ sint, tantum abes à perfectione maximorum operum, ut fundamenta quæ cogitas nondum jeceris. Hic tu modum tuæ vitæ non salute reipublicæ, sed æquitate animi, definies? Quid, si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est? cujus te esse avidissimum, quamvis sis sapiens, non negabis.

Parumne igitur, inquies, gloriam magnam relinquemus? Imò verò aliis, quamvis multis, satis; tibi uni parùm. Quidquid

sanar de ellas á la república.

Y así oí con disgusto aquella tu tan heróica y sábia espresion de que habias vivido bastante tiempo para satisfacer ó á la naturaleza ó á la gloria. Bastante, si así lo quieres, para satisfacer acaso á la naturaleza : añado tambien, si así te agrada, para una gloria cumplida : mas ciertamente para la patria, que es lo mas, has vivido poco. Por lo cual desecha, te suplico, esa prudencia de los hombres doctos en despreciar la muerte : no quieras ser sábio á nuestra costa. Porque muchas veces oigo, que dices con demasiada frecuencia esto mismo, que has vivido bastante para tí. Creolo así ; pero esto vendria bien, si vivieras para tí solo, y si para tí solo hubieras nacido. Ahora, cuando tus hechos han abrazado el bien de todos los ciudadanos, y todo el estado, tan lejos estás de haber concluido las obras moyores, que aun no has echado los cimientos, que piensas. ¿ Qué, tú pondrás cota á tu vida, no atendiendo á la salud del estado, sino á tu serenidad de ánimo? Y qué diremos, si eso, que hasta ahora has hecho, ni aun basta para satisfaccion de tu gloria, de la que no negarás que eres muy deseoso, aunque sábio.

¿Pues, que, me dirás, acaso será pequeña la gloria, que dejamos? Antes bien para otros, aunque sean muchos, será bastante; para tí solo será poca. Porque

enim est, quamvis amplum sit, id certè parùm est tum, cùm est aliquid amplius. Quòd si rerum tuarum immortalium, C. Cæsar, hic exitus futurus fuit, ut devictis adversariis, rempublicam in eo statu relinqueres, in quo nunc est, vide, quæso, ne tua divina virtus admirationis plus sit habitura quàm gloriæ; si quidem gloria est illustris ac pervagata multorum et magnorum, vel in suos, vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum.

9. Hæc igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus; in hoc elaborandum est, ut rempublicam constituas, eâque tu in primis cum summâ tranquillitate et otio perfruare. Tum te, si voles, cùm et patriæ quod debes solveris, et naturam ipsam expleveris satietate vivendi, satis diù vixisse dicito. Quid est enim omninò hoc ipsum diù, in quo est aliquid extremum, quod cùm venerit, omnis voluntas præterita pro nihilo est, quia posteà nulla futura sit? Quanquam iste tuus animus nunquam iis angustiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, semperque immortalitatis amore flagravit.

todo lo que se tiene, aunque sea mucho, es sin duda poco, cuando aun hay otra cosa mayor. Y si tus hazañas, cuya memoria durará eternamente, hubieren de parar, C. Cesar, en dejar despues de vencidos tus contrarios á la república en el estado en que ahora se halla, mira, te ruego, no sea que tu divino valor haya de ser mas admirado, que glorioso: pues que la gloria es una fama ilustre, y estendida, de muchos y grandes servicios hechos, ó á los suyos, ó á la patria, ó á todo el género humano.

9. Esta parte pues, esta te falta aun; este acto te resta á este fin debes trabajar, de asentar y establecer el estado: y gozar de él tú en primer lugar con suma tranquilidad y sosiego: y cuando ya hayas pagado á la patria lo que la debes, y tengas ya la naturaleza harta y satisfecha de vivir, entonces dí si te pareciere, que has vivido bastante tiempo. Porque, ¿qué es al cabo este mucho, en que hay un término, que cuando llega, ya todo el deleite pasado es nada, pues ya no le ha de haber en adelante? Aunque este tu animo jamás se contentó con estos estrechos límites, que la naturaleza nos dió para vivir, y siempre deseó ardientemente la inmortalidad.

Nec verò hæc tua vita ducenda est, quæ corpore et spiritu continetur. Illa, inquam, illa vita est tua, Cæsar, quæ vigebit memoriâ sæculorum omnium; quam posteritas alet, quam ipsa æternitas semper tuebitur. Huic tu inservias, huic te ostentes, oportet; quæ quidem, quæ miretur, jam pridem multa habet; nunc, etiam quæ laudet, expectat. Obstupescent posteri certè imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monumenta, munera, triumphos audientes et legentes tuos. Sed, nisi hæc urbs stabilita tuis consiliis et institutis erit, vagabitur modò nomen tuum longè atque latè; sedem quidem stabilem et domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam qui nascentur, sicut inter nos fuit, magna dissensio, cùm alii laudibus ad cœlum res tuas gestas efferent; alii fortasse aliquid requirent, idque vel maximum, nisi belli civilis incendium salute patriæ restinxeris; ut illud fati fuisse videatur, hoc consilii. Servi igitur iis etiam judicibus qui multis post sæculis de te judicabunt; et quidem haud scio, an incorruptiùs quàm nos. Nam

Y no se ha de decir ó llamar, tu vida esta, que está reducida al cuerpo y al aliento. Aquella, digo, aquella es tu vida, ó C. Cesar, que durará en la memoria de todos los siglos: la que alimentará la posteridad, y la que la misma eternidad conservará siempre. A esta es menester que des gusto, con esta es menester que te muestres grande: y si bien ya ha mucho tiempo, que la das harto que admirar; mas ahora espera que la des tambien que alabar. Se pasmarán los siglos venideros sin duda al oir y leer tus generalatos, tus gobiernos, las empresas del Rhin (6), del Oceano, del Nilo, tus innumerables batallas, tus increibles victorias, los monumentos que has erigido, los espectáculos que has dado, y tus triunfos. Pero, si no establecieres sobre un pie firme esta ciudad con tus acuerdos y reglamentos, se estenderá sí tu nombre mucho por todas partes; mas no tendrá asiento estable, ni domicilio fijo. Habrá tambien entre los venideros grande discordia, como la hubo entre nosotros: y unos pondrán en las nubes tus hazañas, y otros acaso echarán menos alguna cosa, y que quizá es la principal, si no hubieres apagado el incendio de la guerra civil con la salud del estado: como que parece que aquella fué obra del hado, y esta de la prudencia. Haz pues por contentar tambien á aquellos Jueces, que de aquí á muchos siglos han de juzgar de

et sine amore et sine cupiditate, et rursùs sine odio et sine invidiâ judicabunt. Id autem etiamsi tunc ad te, ut quidam falsò putant, non pertinebit; nunc certè pertinet, esse te talem, ut tuas laudes obscuratura nulla unquam sit oblivio.

10. Diversæ voluntates civium fuerunt, distractæque sententiæ. Non enim consiliis solùm et studiis, sed armis etiam et castris dissidebamus. Erat autem obscuritas quædam, erat certamen inter clarissimos duces: multi dubitabant, quid optimum esset; multi, quid sibi expediret; multi, quid deceret; nonnulli etiam, quid liceret. Perfuncta respublica est hoc misero fatalique bello: vicit is, qui non fortunâ inflammaret odium suum, sed bonitate leniret; nec qui omnes, quibus iratus esset, eosdem etiam exilio aut morte dignos judicaret. Arma ab aliis posita, ab aliis erepta sunt. Ingratus est injustusque civis qui armorum periculo liberatus animum tamen retinet armatum: ut etiam ille sit melior qui in acie cecidit, qui in causâ animam profudit: quæ enim pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. Sed jam

ti: y no sé si acaso con mas integridad que nosotros. Porque ellos no juzgarán llevados del afecto y deseo, ni tampoco del odio y de la envidia. Y aunque esto no lo percibieses entonces segun el errado dictamen de algunos, á lo menos ahora te toca ser tal, que jamás pueda oscurecer el olvido tus alabanzas.

10. Estuvieron divididas las voluntades de los ciudadanos, hubo discordia en los pareceres. No solo discordábamos en los dictámenes y deseos, sino que tomamos las armas unos contra otros. Habia cierta oscuridad; era la contienda entre generales esclarecidísimos: muchos dudaban, cual era lo mejor; muchos, qué les convenia mas; muchos, qué era lo que se podia hacer. Salió la república de esta lastimosa y fatal guerra: venció el que no habia de cebar con la victoria el fuego de su aborrecimiento, sino que antes le habia de apagar con su bondad, y el que no á todos aquellos, con quienes estuviese airado, los habia de juzgar por eso dignos de destierro ó muerte. Unos dejaron las armas, á otros se les quitaron. Es ingrato é injusto el ciudadano, que librado del peligro de las armas todavía conserva el ánimo armado: de manera que aun obró mejor el que murió en campo de batalla, y el que dió la vida en el partido: porque lo que á unos parece pertinacia, puede parecer á otros constancia. Pero ya se quebrantó con las armas, y se es-

omnis fracta dissensio est armis, et extincta æquitate victoris : restat ut omnes unum velint qui modò habent aliquid non solùm sapientiæ, sed etiam sanitatis. Nisi te, Cæsar, salvo, et in istâ sententiâ, quâ cùm antea, tum hodie vel maximè, usus es, manente, salvi esse non possumus. Quare omnes te, qui hæc salva esse volumus, et hortamur, et obsecramus, ut vitæ, ut saluti tuæ consulas : omnesque tibi, ut pro aliis etiam loquar quod de me ipse sentio, quoniam subesse aliquid putas quod cavendum sit, non modò excubias et custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus et corporum pollicemur.

EPILOGUS.

11. Sed, undè est orsa, in eodem terminetur oratio. Maximas tibi omnes gratias agimus, C. Cæsar, majores etiam habemus. Nam omnes idem sentiunt, quod ex omnium precibus et lacrymis sentire potuisti. Sed, quia non est stantibus omnibus necesse dicere, à me certè dici volunt : cui necesse

tinguió del todo, con la equidad del vencedor, toda discordia : resta el que quieran una misma cosa todos los que tienen no solo alguna prudencia, sino tambien algun juicio. Si no es viviendo tú, C. Cesar, y permaneciendo en ese modo de pensar, que ya antes, y hoy mas que nunca, has manifestado, somos perdidos. Por lo cual todos los que deseamos y queremos que se mantenga este estado, te exhortamos y pedimos, que mires por tu vida y conservacion : y todos te prometemos (para decir tambien por los otros lo que de mí siento) por cuanto piensas que tienes de que guardarte, no solo serte centinelas, y hacerte la guardia, sino escudarte con nuestros costados y cuerpos.

EPILOGO.

11. Pero termínese mi oracion en lo mismo, por donde comenzó. Dámoste, ó Cesar, todos muchísimas gracias con la boca, y aun mas con los corazones. Todos digo, porque todos sienten lo mismo, como pudiste conocer por las súplicas y llanto universal. Pero, porque no es necesario que todos se levanten á hablar, quieren á lo menos que lo haga yo por todos, pues me

est quodammodo, et quod volunt, et quod M. Marcello à te huic ordini populoque Romano et reipublicæ reddito, præcipuè id à me fieri debere intelligo. Nam lætari omnes, non ut de unius solùm, sed ut de communi omnium salute, sentio.

Quòd autem summæ benevolentiæ est, (quæ mea erga illum omnibus semper nota fuit, ut vix C. Marcello, optimo et amantissimo fratri, præter eum quidem cederem nemini) cùm id sollicitudine, curâ, labore tamdiù præstiterim, quamdiu est de illius salute dubitatum : certè hoc tempore magnis curis, molestiis, doloribus liberatus, præstare debeo. Itaque, C. Cæsar, sic tibi gratias ago, ut omnibus me rebus à te non conservato solùm, sed etiam ornato, tamen ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri jam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit.

es en cierta manera necesario, así porque ellos lo quieren, como porque en la restitucion de M. Marcelo á este órden, al pueblo romano y á la república, juzgo que es particular obligacion mia el hacerlo. Porque veo que todos se alegran no como por la salud de uno solo, sino como por la comun de todos.

Mas, habiendo yo hecho todo el tiempo, que ella estuvo en duda, con solicitud, cuidado y afan, lo que corresponde á un cariño estremado (el cual todos conocieron siempre en mí hácia él, en tanto grado, que apenas cedia en esto á C. Marcelo el mejor, y mas amante hermano, y fuera de este á ninguno) ciertamente en este tiempo, en que he quedado libre de grandes cuidados, molestias y sentimientos, debo tambien señalarme en dar las gracias. Y así, C. Cesar, te las doy tan afectuosas, como pide el que, despues de haberme tú no solo conservado, sino tambien honrado en un todo, has colmado ahora con esta accion, hasta no caber mas, los innumerables beneficios que me habias hecho, cosa que no pensaba que ya fuese posible.